



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

16. De constitutione vicarij, & œconomi Sede vacante ad Capitulum
pertinente.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

De Constitutione Vicarij, & æconomi Sede vacante ad Capitulum pertinente.

C A P V T XVI.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Vicarius à Capitulo Sede vacante vnus tantum eligendus.
- 3 Capitulum Sede vacante duos Vicarios substituere potest, vt alternis mensibus seruiant.
- 4 Vicarij ad officium si plures ob Canonorum discordiam assum. erentur, magis idoneus remanere debet.
- 5 Capitulum cæteris paribus de gremio debet Vicarium eligere.
- 6 Vicarius Episcopi & Capituli non potest esse Parochus.
- 7 Vicarius potest esse Canonicus, qui in eadem Ecclesia curam gerit animarum.
- 8 Canonicus ex gremio Capituli in Vicarij Sede vacante electus distributiones non percipit dum tempore diuinorum suo muneri incumbit.
- 9 Capitulum totum habet administrationem iurisdictionis, dum infra octo dies electio Vicarij non fit.
- 10 Capitulum Sede vacante non arctatur infra octo dies Vicarium constituere.
- 11 Capitulo Sede vacante currit terminus octo dierum ad eligendum Vicarium à die scientiæ translationis Episcopi.
- 12 Capitulum in commissione Vicarij potest presigere tempus, & modum procedendi, sed non post.
- 13 Capitulum Sede vacante potest certum tempus in Vicarij deputatione presigere.
- 14 Capitulum potest Vicarium eligere cum clausula quod non duret nisi per annum.
- 15 Capitulum si constitueret Vicarium simpliciter absque temporis præfinitione, eius officium durat durante Sedis vacatione.
- 16 Capitulum facta electione Vicarij non potest illum ad libitum reuocare.
- 17 Vicarius Capitularis potest solum remoueri ex causa bene visa S. Congregationi.
- 18 Vicarius à Metropolitanò deputatus in diocesi suffraganei potest ad nutum ipsius Metropolitaniani amoueri.
- 19 Etas 23, annorum permitti potest in Vicario Capitulari.
- 20 Vicarius Capituli Sede vacante non potest in locum sui quempiam substituere nisi in tribus casibus.
- 21 Vicario Capitulari propter eius absentiam spectat substitutionem facere.
- 22 Capitulum non potest eligere visitatorem absque Vicario.
- 23 Vicarius Capituli Sede vacante non potest cognoscere de causis delegatis Vicario Episcopi.
- 24 Capitulum, seu Vicarius Capitularis non potest exequi commissiones Apostol. directas Episcopo, seu eius Vicario.
- 25 Vicarius Capitularis potest executioni demandare litteras Episcopo per S. Congreg. directas.
- 26 Vicarius Capitularis debet eligi Doctor, aut Licentiatius in iure Canonico, vel alijs quantum fieri potest idoneus.
- 27 Vicarius Capitularis debet doctorari in aliqua vniuersitate.
- 28 Doctoribus in Capitulo existentibus necessario vnus ex illis in Vicarium est eligendus.
- 29 Non obstante consuetudine quod singuli vel bini de ipsius gremio per singulos menses administrant.
- 30 Vicarius collegiata defuncto eius Prelato non debet eligi Doctor.
- 31 Capitulum potest vbi non esset Doctor in actu deputationis dare Vicario consultorem Doctorem sibi bene visum.
- 32 Metropolitanus potest deputare Vicarium in Ecclesia suffraganea si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non prouiderit.
- 33 Metropolitanæ Ecclesiæ Capitulo Sede vacante negligente Vicarium constituere tunc antiquior ex suffraganeis illum constituet.
- 34 Capitulum Sede vacante potest facta remotione Vicarij, vel officialium illos cogere ad reddendam rationem.
- 35 Vicarius Capituli Sede vacante tenetur finito officio stare syndicatui.
- 36 Episcopus potest per se rationem administrationis officij gesti à Vicario Capitulari exigere.
- 37 Capitulum facta electione officialium non potest eos ad libitum reuocare.

¶ Cõcil. Chalcedon. actio. 16. c. 5 in fin. Concil. Vormat. cap. 76.

¶ Cap. non liceat in 2. 32. q. 2. & c. fin. de supp. negl. prel. in 6.

Capitulum, ^a Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, ^a Oeconomum vnus, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum Ecclesiasticarum, & prouentuum curam gerent, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. ^b Item Officialem, seu Vicarium ^c infra octo dies post mortem Episcopi ^d constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, ^e qui saltem in iure canonico sit Doctor, vel Licentiatius, ^f vel alijs, quantum fieri poterit idoneus, ^g si secus factum fuerit, ^h ad Metropolitanum deputationi huiusmodi deuoluatur. ⁱ Et, si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta Oeconomum, & Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus verò ad eandem Ecclesiam vacantem promotus ex ijs, quæ ad eum spectant, ab eisdem Oeconomum, Vicario, & alijs quibuscumque officialibus, & administratoribus, qui, Sede vacante, fuerunt à Capitulo, vel ab alijs in eius locum constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, ⁱ rationem exigat, officiorum, iurisdictionis, administrationis, ad cuiuscumque eorum muneris, possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiam si prædicti officiales, redditus rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eodem, absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo

Episcopo

scopo teneatur Capitulum de scripturis, ad Ecclesiam pertinentibus si quæ ad Capitulum peruenerint, rationem reddere.

1. **V**ide Gig. de penson. quest. 65. num. 22. Pauin. de potest. Capituli Sede vacante, part. 2. quest. 10. num. 1. & 2. Co-uarr. in cap. relatum il. 2. num. 3. de testam. Sbroz de officio Vicarij lib. 1. quest. 60. Gutier. canon. lib. 2. cap. 17. nu. 22. Emman. Sa. in apherim. verb. Vicarij. 3. Azor. in stit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 57. quest. 18. & 19. Quarant. in summa Bullarij verb. Capitulum Sede vacante, in princip. Galet. in margarita casuum consens. verb. Vicarius Sede vacante, num. 5. Cardof. in praxi iudicium, & Aduocat. verb. Capitulum 3. Molin. de iustit. tom. 6. tract. 5. disput. 11. sub nu. 1. Garc. in addit. ad suum tract. de benefice par. 5. cap. 7. num. 22. Narbon. de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num. 102. Franc. Leon in thesaur. fori Eccles. part. 1. cap. 10. num. 7. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 437. in 1. edit. alijs resol. 497. cum tribus seqq. in 2. edit. Raguc. de voce canon. q. 57. metipsum de officio, & potest. Episcopi, p. 3. allegat. 54. num. 165. 166. 172. cum tribus seqq. & 178. cum seqq. & de Canonicis cap. 42. nu. 28. cum multis sequentibus, Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 44. num. 1.
 - e. **O**econumum unum, vel plures fideles, &c.] Vide D. Felician. de Vega, Archiep. Mexican. in relect. cap. verum 7. de foro compot. num. 10. vbi hanc dispositionem ita accipiendam esse asserit, vt respicit siue iura Ecclesie pro eo tempore conferuntur in eo statu, quo fuerint, & non vt lite, de nouo ficiantur, vel iam cæptæ continuentur, dum Sedes ipsæ non habuerint Prælatum, & Pastorem.
 - f. **I**tem Officiale, seu Vicarium, &c.] A Capitulo Sede vacante vnus tantum Vicarium eligendum, nisi legitime adesset immemorialis consuetudo duos, aut plures eligendi, tenent Quarant. dicit. verb. Capitulum Sede vacante, vers. non dubitatur, quam refero d. allegat. 54. nu. 165. in princip. & d. cap. 42. num. 33. Possit etiam Capitulum Sede vacante Vicarios pedaneos constituere sicut Episcopus possit illos constituere, resolunt Pauin. de officio & potest. Capituli Sede vacante part. 2. quest. 10. Molin. de iustit. tract. 5. disput. 11. num. 11. vers. Pannus.
 - 3. **C**apitulum Sede vacante duos Vicarios substituere posse, vt alternis mensibus vicariatus munere fungantur si legitima probetur immemorialis consuetudo, & illis qualitatibus sint præditi, quas requirit Concil. in present. asserit resolutum Garc. in addit. ad summ. tract. de benefice. part. 5. cap. 7. num. 37.
 - 4. **S**inter Canonicos discordia fuisse in electione Vicarij, & plures ad hoc officium assumerentur, magis idoneum, & habentem qualitates Concilij remanere debere, cæteris remotis, tenent Quarant. d. loco vers. secundò dubitatur, Aloyf. Ricc. post resol. 505. vers. secundò, Garc. de benefice. part. 5. cap. 7. num. 23. vbi refert sic fuisse decisum.
 - 5. **Q**uamuis Capitulum non teneatur eligere personam in Vicarium de gremio ipsius Capituli, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus illum esse præferendum referunt decisum Quarant. d. loco vers. sexto, dubitatur, Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiep. Neapol. part. 4. decis. 180. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 25. Ego ipse d. tract. de Canonicis cap. 42. num. 37.
 - 6. **V**icarium Capituli Sede vacante, & etiam Episcopi, non posse esse Parochum habentem curam animarum, tenent Sel. in selectis cap. 19. num. 48. vbi refert decisum sub die 12. Maij 1629.
 - 7. **C**reati tamen posse Canonicum eiusdem Ecclesie, qui in eadem ciuitate & Ecclesia curam gerit animarum, dixi d. tract. de Canon. cap. 42. num. 38. attestans sic fuisse decisum in Orien. 19. Marrij, & 19. Julij 1619. vbi fuit dictum quòd contrarie decisiones intelliguntur de Parocho rurali.
 - 8. **C**anonicum ex gremio Capituli in Vicarium Sede vacante electum dum tempore diuorum officiorum suo muneri, & officio incumbit, distributiones quotidianas non percipere, resoluit Monet. de distribut. quotid. part. 2. quest. 11. num. 83. & stante consuetudine illum absentem non excusante admittunt Rot. decis. 222. num. 6.

part. 2. diuers. Quarant. d. loco, vers. octauò dubitatur, in fine, quem quidem, si in choro interueniat cum Canonicali apparatu, vt distributiones quotidianas lucretur, debere sedere in loco proprio sui Canoniciatus antiquioribus non præcedendò, tradunt Sayr. in floribus decis. sub tit. de offic. Vicarij, decis. 3. Quarant. d. loco, vers. octauò dubitatur, in princip. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 475. in 1. edit. alijs resol. 499. in 2. edit. Sbroz. lib. 2. quest. 25. num. 17. vbi num. 20. aduertit quòd etiam quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, illi in processionebus præferendus est Archidiaconus, seu alia dignitas maior, & prima post Pontificalem, refero Ego ipse d. allegat. 54. num. 167.

Intra octo dies post mortem, &c.] Ante electionem Vicarij infra octo dies faciendam, eo tempore administrationem iurisdictionis residere penes totum Capitulum, resolunt Quarant. d. loco, §. duodecimò quarto, vers. primo, Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. post resolut. 505. in notabil. de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, vers. primo, & in decis. curia Archiep. Neapol. decis. 305. num. 3. part. 4. Raguc. de voce canon. in Capitulo quest. 37. num. 2. Ego ipse d. part. 3. allegat. 54. num. 163. Sel. d. cap. 19. num. 41. attestans decisum sub die 19. Septembris 1620.

Contra Sbroz. de offic. Vicarij lib. 1. quest. 61. Marcel. Vulpe d. cap. 34. num. 19. existimantes infra illos octo dies Archidiaconum sustinere Vicarij vices.

Intra illos octo dies non archari Capitulum ad constituendum Vicarium, & successiue posse de per se administrare tenent Quarant. vbi proximè, vers. terminum, quem refero d. allegat. 54. num. 163. & d. cap. 42. num. 31.

Terminum præfatum octo dierum currere Capitulo etiam à die scientie translationis Episcopi, ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pontif. fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesie, refert decisum Quarant. d. vers. terminum, & statim post translationem absque alio consensu Episcopum translatum perdere iura primæ Ecclesie censuit Rot. decis. 475. part. 1. recent. & me citato in collect. ad cap. 1. num. 5. de transit. Episcopi, Massobrius in sua praxi habendi concursum requis. 1. dub. 9. secundum Roman. impress. attestatur resolutum Ecclesiam à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Cõsistorio Sanctitatis sue, etiam ante expeditionem litt. Apost. vel adeptam possessionem secundæ Ecclesie, & posteaquam huiusmodi abolitionis notitiam habuerit etiam ex testimonio, seu documento Secretarij S. Collegij, illico teneri cum abstinere ab exercitio ordinariæ iurisdictionis, eamque transire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione viu, ac Vicarium iuxta hoc decretum præscriptum eligere, Sedemque vacantem publicare.

Constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur.] Capitulum in commissione Vicarij posse præfigere tempus, & modum procedendi, sed non postea, resoluit Raguc. de voce Canonicorum in Capitulo, quest. 40. num. 14. quem refero Ego ipse d. cap. 42. num. 43. Cum enim iurisdictione Vicarij Capitularis dependeat ab ipso Capitulo, potest Capitulum illam ampliare, & limitare, ex quo ipsa iurisdictione residet principaliter penes Capitulum, Pauin. d. p. 2. quest. 10. num. 6. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 28. Ego ipse d. cap. 42. num. 43.

Capitulum Sede vacante posse certum tempus in Vicarij deputatione præfinire, quo elapso eius iurisdictionem expirare, refert decisum Garc. ad summ. tract. de benefice. part. 5. cap. 7. num. 37.

Capitulum posse Vicarij eligere cum clausula quòd non duret nisi per annum, dixi Ego ipse d. cap. 42. num. 44. asserens ita fuisse decisum sub die 17. Junij 1617. credo tamen melius fieri si Vicarius Capitularis Sede vacante eligatur liberè absque vlla cõditione mutationis, & assignatione assessoris, & attestor ita refecisse S. Congreg. Episcop. & Regular. Episcop. Caietano sub die 28. Octob. 1587.

Si

15. Si verò Capitulum constitueret Vicarium simpliciter absque temporis præfinitione, eius officium durare durante Sedis vacatione resoluit Quarant. d. verb. *Capitulum Sede vacante, prope fin. vers. circa quam commissionem, quem refero dicto allegat. 54. num. 173.*
16. Capitulum facta electione Vicarij non posse illum ad libitum reuocare, & nouum constituere, tenent Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1602. in fine, & in decis. curia Archiep. Neapol. decis. 187. part. 4. Raguc. de voce canon. in Capitulo quest. 37. nu. 4. Ego ipse d. allegat. 54. nu. 171. Etiam si in deputatione adesset clausula, ex causis sibi bene visis, ex Sel. d. cap. 19. num. 43. vbi refert hoc non fuisse decifum, sed remissum ad S. Congreg. Episcop. & Regul. in Ecclesien. 1. Aprilis 1628.
17. Ex causa tamen bene visa S. Congreg. negotijs Episcoporum, & Regul. præposita posse solummodo Vicarium Capitulari ab exercitio vicariatus remoueri, declarant ipsamet de anno 1631. prout iam antea sæpe sæpius centuisse refero Ego ipse d. cap. 42. num. 47.
- Contra Quarant. d. verb. *Capitulum Sede vacante num. 3. vers. tertio dubitatur, & Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Vicarij S. 21. vers. 3. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 24. & citati à D. Larrea Granaten. decis. 2. num. 4. existimantes ex iusta & rationabili causa posse Capitulum Vicarium à se electum, vel confirmatum reuocare.*
18. Vicarium verò à Metropolitanano deputatum in vim huius decreti, quando in Sede vacante Capitulum, ad quod spectabat, intra tempus à Concilio præscriptum illum non deputauit, amoueri posse ad nutum ipsius Metropolitanani, dixi Ego ipse d. cap. 42. num. 48. attestans sic fuisse decifum in *Iman. 29. Septembris 1625.*
19. Etatem viginti trium annorum permitti posse in Vicario Capitulari si aliàs est idoneus, non tamen expedire, asserit Sel. d. cap. 19. num. 44. vbi refert decifum sub die 11. Augusti 1618.
20. Vicarium Capituli Sede vacante non posse in locum sui quempiam substituere nisi in tribus casibus, videlicet infirmitatis, ad modicum tempus, & in delegatis, & tunc multo magis teneri substituere præditum qualitatibus, quas hoc decretum in ipso Vicario Capituli requirit, quam ipsum Capitulum, asserit Sel. d. cap. 19. num. 45. vbi refert decifum die 17. Maij 1600.
21. Vicario Capitulari propter eius absentiam spectare substitutionem facere, refert decifum Garc. de benefice. par. 5. cap. 7. num. 25. declar. 6.
22. Absque Vicario non posse Capitulum eligere visitatorem ad visitandam diocesim, refert decifum Garc. d. c. 7. num. 23. declar. 7.
23. Vicarium Capituli Sede vacante non posse cognoscere de causis delegatis Vicario generali Episcopi, & sic nec exequi dispensationes in matrimonij impedimentis & litteras in forma *Dignum* quæ huiusmodi generali Episcopi Vicario solent committi, resoluit Garc. de benefice. part. 6. cap. 2. à num. 44. Bonacin. de legibus. dispnt. 1. quest. 3. puncto §. 1. num. 7. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decis. 44. Ego ipse d. cap. 42. nu. 57. vbi refero sic fuisse decifum sub die 24. Maij 1621.
- Contra Salas de legibus dispnt. 26. sect. 17. nu. 124. Sanch. de matrimon. lib. 8. dispnt. 27. num. 32. cum seq. existimantes Vicarium Capituli posse de prædictis cognoscere, quamuis commissio sit directa Vicario generali Episcopi.
24. Vnde commissiones Apostol. in forma *Dignum*, & alias directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel sub nomine Dignitatis non posse exequi Capitulum, seu Vicarium Capitulari Sede vacante dixi d. cap. 42. nu. 59. attestans sic fuisse decifum in *Camenaten. 2. Augusti 1631.*
25. Possè tamen Vicarium Capitulari Sede vacante executioni demandare litteras Episcopo per Sacram Congreg. directas, & ab illo non exequutas, dixi eodam cap. 42. numer. 60. affirmans sic decidisse S. Congreg. Episcop. & Regul. sub die 10. Aprilis 1615. necnon omne illud quod Episcopo mortuo per Bullam, seu Breue in causis iurisdictionem importantibus concessum, ead. S. Congreg. in *Trauen. 26. Ianuarij 1604. & in Neapolitana 10. Februarij eiusdem anni.*
26. *Qui saltem in iure Canonico sit Doctor, &c.* Vicarius Capituli Sede vacante debet eligi Doctor, aut Licentiat in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri potest idoneus, ita Nauarr. confis. 2. aliàs vult. de offic. Vicar. in notis; Sayr. in floribus decis. sub illo tit. decis. 2. Petr. Henriq. confis. 90. Sbroz. de offic. vicar. lib. 1. quest. 36. num. 12. Galet. in margar. casuum consententia, verb. Vicarius 4. Molin. de Iustit. tract. 5. disp. 11. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccles. resol. 497. num. 2. Garc. de benefice. part. 5. cap. 7. num. 12. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 15. Alias electionem esse irritam & nullam refert decifum Garc. d. cap. 7. num. 10. Nec debere confirmari Vicarium Episcopi demortui, nisi est Doctor, dicit resolutum Sbroz. in addit. ad d. lib. 1. quest. 36. num. 12. & quest. 55. sub num. 2.
- Debere doctorari in aliqua Vniuersitate, non verò à persona priuata, dixi d. cap. 42. num. 51. attestans sic fuisse decifum sub die 19. Septembris 1620.
- Existenibus Doctoribus in Capitulo necessariò vnum ex illis in Vicarium esse eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui refert decifum Garc. in addit. ad tract. de benefice p. 5. ap. 7. num. 12.
27. Vicarij electio, seu deputatio si ex consuetudine Capituli fieret de ipsius gremio, & bini, vel singuli, per singulos menses administrarent, obseruando ordinem, sed non essent omnes Doctores, vel Licentati, dicta deputatio non valet, vbi alij Doctores possunt constitui, nec inspicitur ordo, vel consuetudo, aut lex noua certam formam præscribens, argument. text. in *l. sciendum §. ordine ff. de legat. 1. ita refert decifum Garc. d. part. 5. cap. 7. nu. 10. & 11. in 1. dub.*
- Non extendi ad Ecclesiam Collegiatam defuncto eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia alia iura Episcopalia habebat, quia si non est necesse vt Prælati mortui sit Doctor, ergo neque Vicarius, refert decifum Garc. d. part. 5. cap. 7. num. 20.
28. *Vel aliàs quantum fieri poterit idoneus.* Posse Capitulum vbi non esset Doctor, in actu deputationis dare ei consultorem Doctorem sibi bene visum partibus non suspectum in casibus in quibus eo opus erit, tenet Sbroz. d. lib. 1. quest. 36. num. 13. Quarant. d. verb. *Capitulum Sede vacante num. 3. in fine.* Aloyf. Ricc. post d. resolut. 505. in notabil. de materia Vicarij num. 4. vers. Capitulum, & ipsemet addit in decis. Curia Archiepiscopi Neapolitanæ part. 4. decis. 305. nu. 15. quod Doctor sacrorum Canonum præfertur Magistro S. Theologiae quoad hoc officium assequendum, & num. 12. subdit electionem in Vicarium factam de Theologo omisso Canonista valere; sed contrarium tenui dicto e. 42. num. 53. asserens sub die 28. Augusti 1621. decifum fuisse Doctorem Theologum non posse esse Vicarium Capitulari Sede vacante.
29. *Si fecerit factum fuerit ad Metropolitanum, &c.* Posse Metropolitanum deputare Vicarium, seu officialem in Ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non prouiderit, de vicario, vel non idoneum elegerit, ex hoc decreto colligunt Quarant. in summ. Bullarj verb. *Archiepiscopi auctoritas num. 36. Marc. Anton. Genuens. in praxi. Archiepiscopi Neapolitanæ. cap. 70. num. 6. Ego ipse in tract. de Canonis. cap. 42. num. 55. & de officio. & potest. Episcopi part. 1. tit. 4. de Archiepiscopi præstantia, num. 60. vbi ex Gemin. & Raguc. obseruo. quod si moretur Vicarius creatus à Metropolitanano, vel alio superiore ob negligentiam Capituli, Capitulum potest infra octo dies creare vt prius, quia pro prima vice tantum amittitur.*
30. *Et si Ecclesia ipsa Metropolitanana fuerit, &c.* Metropolitanæ Ecclesiæ Capitulo Sede vacante negligente Vicarium constituere, tunc antiquiorem ex suffraganeis illum constituere, vel Ecclesia exempta Capitulo negligente Episcopum propinquorem eum deputare posse, ex hoc cap. colligunt Cuch. in instit. maior. lib. 2. tit. 8. de offic. Vicar. num. 39. Sbroz. d. lib. 1. quest. 58.
31. *Rationem exigit, &c.* Capitulum Sede vacante potest facta remotione Vicarij, vel aliorum officialium illos cogere ad reddendam rationem administrationis, eosque pro culpa punire; non tamen impediri futurum Episcopum quando ex hoc decreto ab ipsidem exigit rationem actio.

- actionum, quas Sede vacante fecerint, & eos punire, etiam si à Capitulo fuerint absoluti, ita refert decifum Garc. par. 5. cap. 7. num. 23.
35. Vicarium Capituli Sede vacante teneri finito officio stare syndicatui asserunt Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. 58. in fine, Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. dict. verb. Capitulum Sede vacante num. 14. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccles. decif. 481. in 1. edit. alias resol. 504. in 2. edit. Raguc. de voce Canonico in Capitulo quæst. 40. num. 13. Ego ipse d. alleg. 54. nu. 181. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 19. in princ.
36. Episcopum per se rationem administrationis officij gesti à Vicario Capituli Sede vacante constituto exigere, atque in aliquo delicto compertum punire posse, resoluunt Vgolin. de officio Episcopi cap. 2. §. 2. n. 2. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapolit. p. 4. decif. 291. refert decifum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 99. citatus per me d. allegat. 54. num. 183.
- Capitulum facta electione officialium non posse eos ad libitum reuocare, & novos constituere, nisi vel œconomos, vel illos officiales, quos etiam viuente Episcopo posset ipsum deputare, refert decifum Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 23.

Singula singulis personis conferantur beneficia ecclesiastica, obtinenti tamen insufficienti conferri potest aliud simplex, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat. Obtinentes plures parochias dimittant vtram voluerint, & alteram teneant.

CAPVT XVII.

- 1 Doctores de beneficiarum incompatibilitate, & pluralitate agentes.
- 2 Cardinales comprehenduntur hoc decreto.
- 3 Beneficia plura simul obtineri non posse, sine dispensatione Episcopi.
- 4 Episcopus habenti vnum beneficium simplex quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre absque Apost. dispensatione.
- 5 Ordinarius potest conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens iuxta suum verum valorem, sed insufficienti ob id quod pensione est grauatum.
- 6 Beneficium vnum sufficiens habens non potest retinere duo.
- 7 Consuetudo non excusat à peccato mort. retinentem plura simplicia beneficia, quorum vnum est sufficiens.
- 8 Habet locum hoc decretum in beneficijs iurispatronatus, nisi caueatur in fundatione, vt simul cum alijs retineri possint.
- 9 Beneficiu vnum sufficiens habenti si aliud sufficiens ab Episcopo fuerit collatum, habita pacifica possessione secundi vacat primum.
- 10 Ordinarius si conferat tertiu beneficiu habenti duo simplicia insufficientia, collatio tertij est nulla.
- 11 Episcopus habenti congruam non potest aliud beneficium dare.
- 12 Beneficia duo simplicia retinens, & fructus amborum percipiens quorum quodlibet de per se erat sufficiens, ambo ipso iure vacant.
- 13 Beneficia duo vniuersa sub eodem tecto absque prouisione Sedis Apost. obtineri non possunt.
- 14 Episcopus ex causa potest dispensare, vt quis obtinere valeat duo beneficia difformia sub eodem tecto.
- 15 Capella plures in eodem Altari quando possint consideri ab vno.
- 16 Capellanas tres sub eodem tecto vniuersas si quis per annum ex collatione Episcopi retinuerit incidit in priuationem omnium ipso iure.
- 17 Beneficium ecclesiasticum sufficiens quod dicatur.
- 18 Beneficia duo retineri possunt dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat.
- 19 Canonicatus duo in vim decretorum Concil. Trid. sunt incompatibiles.
- 20 Canonicatus primus ipso iure vacat per adeptam pacificam possessionem secundi.
- 21 Canonicatus duos retinere pergens vtroque est ipso iure priuatus.
- 22 Consuetudini permittenti quod in eadem Ecclesia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non est derogatum per Concilium.
- 23 Canonicatum penitentialem obtinens non potest in vim consuetudinis dignitatem habere.
- 24 Consuetudo tenendi beneficium curatum, vel simplex simul cum Capellania in eadem Ecclesia, non est sublata per hoc decretum.
- 25 Capellania, & Mansionaria, quorum fructus sunt tenues, sunt incompatibilia beneficia.
- 26 Capellania, cui adiunctum est onus deseruendi in choro, obtineri non potest cum Canonicatu.
- 27 Statutum Ecclesie Casalen.
- 28 Dignitates, quæ nullos, vel tenues habent fructus, possunt cum Canonicatu retineri.
- 29 Prouisus de Canonicatu in vna Ecclesia, & de Decanatu in alia cum dispensatione, & c. sufficit vt in digniore resideat.
- 30 Dispensatus ad beneficia dummodo plura simul non sint, non potest obtinere plura, quam vnum.
- 31 Parochialem Ecclesiam habenti potest Ordinarius alteram Parochialem conferre, sed post adeptam possessionem pacificam secunde vacat prima.
- 32 Parochiales duas habens, quaru altera est beneficium simplici in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur.
- 33 Parochiales due vel plures inuicem vnite possunt legitime retineri.
- 34 Parochialem vniam habens cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, vniam ex ijs, quam velit, tenetur resignare.
- 35 Monasterium commendatum cum cura non est incompatible cum Parochiali.
- 36 Parochialem habens vna cum monasterio in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur.